



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Ex Libro Secvndo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

D. IOHANNIS FABRI.

spertissime &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium x. Eo cap. hæc Chrysostomus nobiscū dicit. Cui Roffensis. O lingua impudentissimam, dixisti pridem scire Chrysostomum contra te loqui, & nunc rursum aī nobiscum dicit. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

EX LIBRO SECUNDO.

Mendacium xi. Oeco. cap. iiii. Iohannes erat Helias &c. Cui Roffen. Scriptura non simpliciter affirmat Iohannē He liam esse, sed cum eiusmodi circumstantijs hoc dicit ut quiuis intelligat, non eundem hominem fuisse Iohānem qui fuerat Helias. Sic enim de Iohanne Christus ait? Et si uultis recipere tēpse est Helias. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium xii. Oeco. cap. v. De Christo ait. Quis se alibi lucem, uitem, fontem, aquæ uiuæ &c. Cui Roffensis. Nusq̄ se uocauit Christus aut lucem, aut uitem, aut fontem corporalem. Dic mihi ubi unq̄ affirmauit se lucem hanc, aut illam corporalem esse, ubi uitem hanc aut illā corporalē, ubi fontē huc aut illū corporalem esse &c. Recte ergo mentitus es &c.

Mendaciū xiiij. cap. ix. Oeco. mendaciū suum hebraicū ser monis proprietate fucaturus, scripturā ait pro uerbo substantiū contenēt̄ esse p̄o nomīne uel aduerbio. Cui Roffensis. iam certum est, si tu solus hebraicā literaturā calleres, nihil ueris non fingeret̄, sed si quid possit instituto tuo conferre. Mihi uero tā et si tenuis earū literarū notitia fuerit, tamen aperte cōspitio, quantū hic moliris nobis imponere &c. Recte er.

Mendaciū xiiij. cap. eo. Oeco. Argumēto leuissimo Christum elicit in suo idiomate aliter enuntiasse, scilicet. Hoc est corpus meum, quā nos utcunq̄ digladiemur super uerbulo. Cui Roffensis. Si nō desit hebraicū uerbū substantiū præsentis temporis ut iam ostendimus, quo possis argumento colligere Christū in idiomate suo aliter enuntiasse quam nos, & maxime cum præter Matthæi traductionē, alijs duo græce eti am periti, nempe Marcus & Lucas hoc ipsum ita scripserunt.

Mm iij

## A C T A

Sed & post istos Paulus hebreus ex hebreis etiā ab ipso Christo sic doctus, hoc ipsum ita protulit. Recte ergo mentitus es.

Mendaciū xv. cap. x. Oeco. De agno pascali legimus phasē ipsum dñi. Phasē hū la cedonai, id est transitus dñi. Nā phasē transitū significat. Cui Roffen. Nō enim dixit Moses agnū esse phasē seu transitū dñi, sed religionem & ceremoniā, quae tunc circa agnū siebat, phasē esse. Erat em̄ hoc nomen huic sacrificio inditum, sicut nostrū sacrificiū (ut iam diximus) missa uocat anobis, quare neutra interpretatio tua locū hic habet, aut quod agnus transitū significat, aut quod sit figura ipsius transitus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū xvi. cap. xiij. Oecol. Sed Rapsodus & scolae cum suo Papa tam absurdis abhorrentes, malunt dicere substantiā uerti in nihilū &c. Cui Roffen. Quod aut substantia panis in nihilū uertas nemo dicit. Ego si Roffensem intelligo in scolas & papā mentiris, haec eius mens est, & si uerba eius pro sua cōsueta modestia sint mitiora. Recte ergo mentitus.

Mendaciū xvij. Oeco. cap. eo. Et quare in poculo etiā nō dicit, hic sanguis est sanguis meus, sed hic est calix sanguinis. Cui Roffen. Iam opinor cunctis innotescet insana temeritas tua, qui cum de mysterijs augustissimis differas, non tenes in quid euāgelistæ scriperint. Quis te precor euāgelistarū narravit de poculo dixisse Christū. Hic est calix sanguinis quem admodūtu affirmas. Sed neq; Paulus qui post eos ista tradidit, ita retulit Matthēus utiq; dixit, Hic est em̄ sanguis meus. Lucas uero, Hic calix nouū testamentū in sanguine meo, cui subscribit & Paulus. Nullus horū est qui dixerit, Hic est calix aut poculū sanguinis mei. Sed ecce quā aptissime Matthēus & Marcus te codemnāt, referūt em̄ dñm ihesum acceptū poculū, gratijs actis dedisse discipulis, dixisseq;. Non hoc est poculū, necq; hic est calix. Sed hic est sanguis meus, nō sā demonstrantē poculū, sed eū liquorē q; in poculo cōtinebat. Recte.

Mendaciū xvij. cap. xvij. Oeco. Chrysostomi uerba frau dul  
mu  
pha  
alib  
atir  
non  
Etc  
alia  
I  
arg  
util  
den  
teri  
que  
tule  
I  
isn  
iuse  
qua  
fun  
rat  
dic  
nus  
dec  
ud  
istu  
No  
ime  
rit  
tion  
fici  
quā

dulenter

D. IOHANNIS FABRI.

dulenter allegat ista scilicet. Nonne per singulos dies offerimus &c. Cui Roffensis. Hic primū oportet annotemus sycophantias tuas, qui nobis non uerum tradis Chrysostomū, sed alibi quidē exuberantē, alibi uero mancū quo magis inferuis at instigato tuo. Sic ēm post hæc uerba. Et una est hæc hostia non multæ, ipse Chrysostomus cōtinenter subdit, quærens. Et quō una est non multæ, hoc tu expunxisti. Expunxisti & alia quæ longe maiore luce afferunt. Recte ergo mentitus es.

Mendaciū xix. Eodē loco Roffensis Oeco. mendaciū sic arguit. Ille uero pergit explicans quem in modū fieri potest, ut illa hostia quæ pro nobis in cruce fuerat Oblata, prorsus ea densit cum hac quā nos offerimus quottidie. Ethic etiā p̄termisso quod ipse dixerat, tua non cītra dolū intermisces, id quod lector qui uis deprehendet, ubi uerū Chrysostomū contulerit cum cōmentitio. Recte ergo mentitus es in caput tuū.

Mendaciū xx. Vide lector eodē loco, qui Oeco. mendaciū non scatet modo, sed ita exundat ut doctissimus p̄tifex manusculis literis eius sycophantias, quibus est usus, designarit, quæ hic uir mendacissimus dolo resecauit. Hæc enim uerba sunt quæ suppressit. Qm̄ una est & nō multæ. Alioquin hac ratione qm̄ &c. unū corpus, quæ aut adiecit collatione dijus dicandū lectori reliquit. Neq̄ enim (Roffensis ait) huic hominū est animus qm̄ a thorē corrūpere non ueret. Recte er.

Mendaciū xxi. ca. xvij. Ait Oeco. Chrysostomū seipsum declarare quid sacrificiū & oblationē dicat, nempe nihil aliud quam recordationem oblationis. Cui Roffen. Vbi precor istud usq̄ declarauit. Quin p̄fers ipsius uerba. Sicutq̄ dixit, Non aliud sacrificiū sicut p̄tifex, sed ipsum semper facimus, imo recordationem sacrificij operamur. Num his uerbis assent Chrysostomus sacrificiū istud nihil aliud esse quā recordationē oblationis. An ista cōsequitur tibi valida uidet. Sacrificium istud est recordatio illius oblationis. Ergo nihil aliud quā recordatio &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Menda

## A C T A

Mendaciū xxij. cap. eo. Oecol. Et sicut sacrificiū se habet, ita & corpus. Vnde hic est recordatio corpī quae ipsum corpus dicit. Cui Roffensis. Siliceat in hunc modū expendere, & interpretari sanctorē doctorē cōmentarios, quid tam cīcū cūm specie dici quā ab eis ut non facilime peruerteret. Sacrificiū nihil aliud haberē pateris quā recordationē sacrificiū, & corpus nihil aliud quā recordationē corporis. At ubi est quod ante dixerat Chrysostomus. Vnus ubiq̄ Christus est, & hic plenus existēs, & illuc plenus unū corpus qua duo postrema uerbulū malo prauoq̄ ingenio sustulisti. Recte ergo &c.

Mendaciū xxiiij. Eo cap. Oeco. distinguit inter oblationē quae semel facta est, & quotidiana. Nam illa est unica & in sancta sanctorē illata, oblatio autē quotidiana est exemplar, Cui Roffen. Distinguere certe, sed non id solū, uerū etiā conciliat & unit quoq;. Nā si tñ distinguat inter illā crucis hostiā & hoc altaris sacrificiū, ubi est qđ dicit. Id ipsum semper offerimus, nec nūc qđē aliū agnū, crastina aliū, sed semp id ipsum. Proinde unū est sacrificiū. Ecce non distinguere solū, uerū etiā unū & id ipsum facit. In qb' uerbis tu nullā agni mentionēas, sed callide uerbulū illud exemplisti. Hoc felicet est expendere Chrysostomi uerba an expungere magis. Recte ergo.

Mendaciū xxiiij. cap. xix. Oeco. Nam licet multæ sunt recordationes, & gratiarū actiones, unius tamen hostiæ sunt, cuius ubiq̄ memoria par. Cui Roffen. Hoc uerū dicis unus hostiæ sunt, sed illud taces quod dixit Chrysostomus. Et una est hæc hostia non multæ. Et ad illud connives qđ subdit. Sit cut em̄ qui ubiq̄ offeret unū corpus est, & nō multa corpora, ita etiā unū sacrificiū. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū xxv. Eo cap. Oeco. Nam unus ubiq̄ est Christus, alioqui multi essent Christi &c. Cui Roffen. Si uerba Chrysostomi recte trutinare uelis & expendere, non cetera quae sequuntur pretermitteres. Non em̄ ut tu ea recenses, enunciavit Chrysostomus, sed ita, unus ubiq̄ est Christus, & hic plenus

D. IOHANNIS FABRI.

plenus existens, & illuc plenus unum corpus. Recte ergo.

Mendacium xxvi. cap. xxi. Oeco. Dicendo igitur quod indignum sit concupiscere aliquid alienum &c. Cui Roffen. Hic plane singis & infarcis tua. Vbi (te queso) quicq̄ simile dixit Tertullianus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium xxvij. cap. xxij. Oecol. Recte aut̄ hoc oppo-  
nit Martioni &c. Cui Roffensis. Iam caligine quadā oculos  
nostrros obducere paras, at nihil tibi proderit. Vbi precor in  
his quinq̄ libris, quos contra Martionē edidit Tertullianus,  
talem argutiā usq̄ rep̄eris Martioni tributā. Nusq̄ profecto  
similis argutiæ Tertullianus in tot libris minuit, sed hoc est  
messi cōmentū tuū, sicut & illud quod supra de pane p̄duxe-  
ras, nempe quod esset bona creatura dei boni. Talibus inter-  
lectis mēdatiōs nostrū sublinire moliris. Recte ergo men-

Mendaciū xxvij. cap. xxij. Oeco. Aliud Augustini dicitū  
simili dolo interserit quo lectorē a uero abducat. Donec (ait)  
seculū finiā sursum est dñs &c. Cui Roffen. Vellem ubi citaz  
veris authorē aliquē, etiā locū designares, quo scripta reperi-  
amus ipsius authoris uerba. Non enim in pr̄äsentiarū occur-  
rit mihi locus, quo dixerat hēc Augustinus. Tu ergo Oeco,  
mendax habere donec locū assignes. Recte ergo mentitus,

Mendaciū xxix. cap. xxv. Oecol. Objicit Martion. Si de  
pane ideo dixit quod sit corpus, quia figura est corporis, po-  
terat idē de pepone, uel caseo, uel pomo affirmare. Cui Roff-  
ensis. Oū sanctissime deus, quā diu tollerabis huius haeretici  
mendacia. Nusq̄ hoc obiec̄it Martion, sed est hoc merū com-  
mentū tuū ut lectorē ita circumuenias. Recte ergo mentitus,

Mendaciū xxx. cap. eo. Oeco. Tali cuipiā obiectioni lepi-  
derepondet dicens Martionē peponaceū &c. Cui Roffen.  
Non huic profecto quā ipse cōminisceris obiectioni Tertul-  
lianū respondisse palā est ex illis quae pr̄æcedunt. Nam proxi-  
mesuperius Tertullianus de Christoloquēs ita ratiocinatus  
est. Si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis ca-

Nn

## A C T A

rebat ueritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad ueritatem Martionis, ut p̄anis crucif geref. Cur autem panem corpus suum appellat magis quam peponem, quem Martion coram loco habuit, non intelligens ueterem fuisse istam figuram corporis Christi, haec terus ipse Tertullianus. Recte ergo men.

Mendacium xxxi. cap. eo. Oeco. Poterat & alio tempore pati &c. Cui Roffen. Sed quur taces & istud. Potuit & pasca suum, quod una cum discipulis suis edere miro ardore cōcupiebat, in aliarum rerum speciebus edendū instituisse. Nam istud æque ad rem attinebat atque pritora. Sed ob id panem & uinum de legerit, quod his tantum figuris corporis & sanguinis sui nosset prophetas olim usos fuisse. Imo potius in talibus figuris usi sunt quod praeuiderat illū sub harum rerum speciebus corpus & sanguinem suum consecraturū. Illud crede mihi lector obticuit, ut silendo se mentiri nosce doceret. Recte ergo mentitus es.

Mendaciū xxxij. cap. xxvij. Oeco. Panis autem noster agnus illorum spiritualium non est præciosior, præterea non magis prædicandus &c. Cui Roffensis. Impudētissimū ostium numerū non mentitur &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū xxxiiij. cap. eo. Oeco. Augustini ad Marcellinum falso scribente inducit. Necque patriarchis fideles nostros esse beatiores, quos æquauit fides, non seddusū inferiores sacramenta. Cui Roffen. Non inferior quosdam ex patriarchis de multis Christianorum præcelluisse. At ex eo non consequtur ut nostri sacramentis a Christo traditis nihil omnino sint beatiores, quam tum fuerant ipsi patres. Nec hoc sensit Augustinus, necque uerba quæ citas illud probant. Recte ergo mentiti.

Mendaciū xxxiiij. cap. xxviij. Oeco. Facit ad hoc & aliud Augustini testimoniū &c. Cui Roffen. Nihil omnino proficit locus, id quod dilucidum erit, si uerba quæ proxime antecedunt haud fraudulenter subticuisses &c. Et paulo post. Ac propterea dixit Augustinus, quæ tu similiter omisisti, de cœlo certe manna ueniebat. Recte ergo mentitus es in ea.

Menda

D. IOHANNIS FABRI.

Mendaciū xxxv. cap. xxix. Oeco. Es perspicuum est quid si bī uel alio loco dicens &c. Cui Roffen. O mentem insanissimam uix potuit Augustinus apertiorib⁹ uerbis præeminentiam sacramentorum nostrorum extulisse, quam in hoc ipso loco quem iam citauit Oeco. & plane cōtra capillos (ut aiunt) Augustini uerba detorquet &c. Recte ergo mentitus es in ca.

Mendaciū xxxvi. cap. eo. Oeco. Vnde in finitione sacramenti &c. Cui Roffen. Aberras Oecolampadi. Neq; enim ad significantiæ eminentiā, sed ad efficaciā alioqui superuacanea foret ea particula & causa exīstat. Nam ex eo quod dixit ut imaginem gerat, significantiæ ratio exprimitur. Recte er.

Mendaciū xxxvij. cap. xxx. Oeco. Quomodo & illud in sermone quodā Chrysostomi. Cui Roffen. Quis non hic plange cernit te traditū in mentem reprobam, qui negas hoc loco sensisse Chrysostomū uerū Christi corpus & sanguinē in euangelistia cōtrineri. Non enim potuit rem uerbis efficaciorib⁹ explicasse. Cuius uerba ibi ponit Roffen. Recte ergo men.

Mendaciū xxxvij. cap. eo. Oeco. Quod si ita interpretari contenterit &c. Cui Roffen. Impudenter etiā admisces mendacia quæ non dixit hic Chrysostomus &c. Recte ergo men.

Mendaciū xxxix. cap. eo. Oeco. Calicem in latus Christi. Cui Roffen. Nōq; calicem hīc in Christi latus uerti docuit, ut tu fallo cōminisceris, sed sic bibendū admonet, quasi bīberes ex Christi latere. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū xxxix. ca. eo. Oecol. Nū si stercus haberes &c. Cui Roffen. Quā obrem & nihil relinquī substatiæ panis quada: in secessum. Apertissima igit̄ sunt mēdacia, quæ tanto patri præter oēm pudorē aut reuerentiā impingis. Recte er.

Mendaciū xl. cap. xxxi. Oeco. Et offenduntur quod post Christum uinum sanguinem dicimus absq; translementatione miraculosa. Cui Roffen. Ad quod aīs nos tuis uerbis offendī cū uīnū sanguinē affirmes, atq; istud etiā (ut dīcis) post Christū. Vbi (te queso) Christus hoc dīxit. Si locū īdicaueris

Nn ij

## A C T A

erotibiperpetuoservus. Si sed nequeas, quur te non puder  
toties inueniri mendacem. Recte ergo mentitus es in caput.

### EX LIBRO TERTIO.

Mendaciū xli. cap. ix. Oecol. Neq; enim Christus dicit ut  
credamus in pane &c. Cui Roffen. Quid non recentes uer-  
ba Christi. Quid ea fraudulēter subducis. Vereris ne si recen-  
sueris ea, protinus a tua sentētia lectorem auerſabunt. Chri-  
stus dixit, hoc est corpus meum, quod & iussit ut ederemus  
in memoriā suā mortis. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciū xlij. cap. x. Oecola. Vnde & Basilius rogatusa  
monachis &c. Cui Roffensis. Sed hic lector obserua, quam  
uersute subduxerit Oecolampadius, id quod energiā prono-  
stra sentētia continet tam in Basilio quā etiā in Paulo. Quare  
codicem Basiliū & inuenies me ueracem esse. Subtraxit enim  
haec uerba, non dijudicans corpus dñi. In hijs utiq; uerbis to-  
tius negotij uis cōsistit. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū xljj. cap. xii. Oeco. Non est illa charitas sed ca-  
nina rabies. Cui Roffen. Vbi legis eos cupiſſe dentes in eius  
carnib⁹ exercere. Non istud habet priora uerba. Recte er.

Mendacium xljj. cap. xiii. Occol. Maior est certe gloria  
carnis &c. Cui Roffensis. Quam diu crassam ifam cum Ca-  
pernaitis tuis imaginationē se queris, nunq; ipsius faeramen-  
ti concipies ueritatem, neq; unq; illucesceri mentitur & negotij  
tantipossibilitas. Absit enim a fidelī cordibus, in eo modo  
Christum credant sub hac specie panis esse, quo posse ullam  
iniuriam, aut a dentib⁹, aut a stomacho pati, sed est immunis  
ab omni quantū uis leuissima passione. Recte ergo mentitus.

Mendacium xlv. cap. eo. Oeco. Non enim parua humili-  
atio est &c. Cui Roffen. Quis dicit eam in uentris pistrinam  
descendere. Non est enim cibus uentris, ut in uentre deſcen-  
dat, sed cib⁹ mentis ut ait Augustinus. Recte ergo mentitus.

Mendaciū xlvi. cap. eo. Oecol. Atqui tempus humilitatis  
præteriit &c. Cui Roffensis. Non præteriit humiliatiōis tem-

pas